PRÆFATIO.

N*On eſt infrequens tractationem alicujus materiæ ſuſcipientibus aut de ejus dignitate & utilitate declamare, aut de ratione impulſivâ præfari.*

teſte Schneid. in rubric. & princ. Inſt. de Act. num. 1.

Ego vero ne ſupervacuis laborare impendiis videar, neve ſolem facibus adjuvare contendam.

6. q. 1. c. 7.

Tacendo potius præſentis materiæ utilitatem honorabo quam verbis prædicabo. Scio enim neminem, vel in Theoria vel praxi verſantem, fugere, Libellum *judicii eſſe fundamentum. Ut non male eum.*

Carpz. I. P. F. p. 1. C. 2. D. 16. n. 4.

Truncum arboris judiciariæ appellet: Sicut enim, inquit, truncus regit totam arborem, ita libellus, regulat totum proceſſum. Nec in id quoq; longus ero ut rationem dem propter quam hanc Diſputationem publicè proponere voluerim, quippe cum id ex ipſa ſatis inſcriptione pateſcat. Potius, cum ex invocatione Nominis Divini ſequatur bonum initium, melius medium & optimus finis

per Gl. à Schneid. d. l. n. 5. citat. arg. de Conſecrat. Diſt. 1. c. 69. 1. q. 1. c. 26. & q. 2. c. 2. Diſt. 61. c. 5. N. 6. pr.

ſine prolixiori præloquio, Implorato Divini Numinis Auxilio quod præ manibus eſt arripiam.